



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiae,||**

**Molanus, Johannes**

**Antverpiae, [1592]**

Lvdovicvm Balbvm Imp. secundo regni & imperij sui anno obiisse, cùm  
contra Sarracenos sacram militiam meditaretur. Cap. XXI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38114**

bellum gessit. Eum itaque in Gallia Lugdu-  
nensi Andibus siue Andegauensibus prefecit.  
Hoc Widechindo procreati censemur Reges  
Francici, qui annos amplius quingentos ad  
nostra vsque tempora regnum Gallicum ob-  
tinuerunt. Sed nec bellum Andegauense  
feliciter ei cessit. Nordmanni, inquit Sige-  
bertus, vrbem Andegauis quasi <sup>Ad annum</sup> <sup>875.</sup> in ea habita-  
turi cum suis omnibus occupant. Ad quam  
oppugnanda Carolus adscito Salomone Bri-  
tonum Rege profectus, multis eam diebus  
obsedit. Sed cum Nordmanni iam ad despe-  
ratione adducti essent; Rex inuitu exercitu,  
pecunia ab eis accepta, egressum eis annuit,  
eisque. hoc pacto peiora faciendi locum dedit.

LUDOVICVM BALBVM Imp. secundo re-  
gni & imperij sui anno obiisse, cum contra  
Sarracenos sacram militiam meditaretur.

## C A P. X X I.

PATRI Carolo successit filius Ludouicus, <sup>xiiii. Brabantie Dux</sup>  
vir simplex ac mitis, iustitiae ac religionis  
amatore, cognomento Balbus, ait Regino, quod  
impeditioris & tardioris esset eloquij.

Ludouicus  
Balbus Im-  
perator.

Carolo itaque mortuo exemplo Carolo-  
mannus Italiæ regnum iniuit. At Ioannes  
Pontifex, iniuriis quorundam grauatus, in  
Galliam venit: vbi colloquio constituto, Bal-  
bus duris se eius atque Ecclesiæ, que comme-  
morabat, temporibus non defuturum ostendit;

C 3 dit;

dit, si ille se Augustali corona, quam patri suo tradiderat, exornaret. Cui cùm se Pontifex gratificaturum summo studio respondisset, ipsum VII. Idus Septemb. maximo totius Galliae concursu Imperatorem inunxit, solenni iuramento adactum, se Ecclesiam, dum viueret ab hostium & maximè infidelium iniuriis defensurum. Rebus itaque sic constitutis, multis vltro citroque beneficiis præstatis, abierunt.

Ioannes Romam reuersus, mox Imperatoris opem implorat contra Sarracenos, qui littera Romanorum, Fundis & Tarracinia occupatis, tenebant. Ad quod iter dum se pararet Imperator, adornata iam expeditione cùm vix biennium imperasset, morbo periit, anno 1000. LXXX. Cui defuncto Adalheidis peperit Carolum cognomento Simplicem, & posthumum, Franciæ Regem.

*De LUDOVICI & CAROLOMANNI,  
tutorum Caroli Simplicis, sacra militia con-  
tra Nordmannos.*

### C A P. XXII.

*Primi tuto-  
tores XI. III.  
Ducu Bra-  
bantie.*

**C**V M Carolus primùm quidem nondum natus, deinde verò ætatis defectu tutoribus egeret; primi ei obtigerunt Ludouicus & Carolomannus, Ludouici Balbi ex concubina filij. De quibus Paullus Aemilius ita breuiter scribit: Ludouicus Carolomannusque, Balbi